



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

8. Et est Amicus, qui odium & rixam, & convitia denudabit. Eccl. 6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

andi sunt felices, sed prompti semper  
prodendi, & pretio vilissimo vendendi.

Alterum est genus eorum amicorum  
quos passio & Zelotypia totos possunt  
quique vel minimos oculorum tuorum  
aspectus in alios coniectos, ut metu  
prodicionem suspiciunt, de quibus  
terres prudenter dixerunt, quod nulla  
invidia magis insupportabilis aut  
menda, quam horum amicitia.

## REGULA OCTAVA

*Et est amicus, qui odium, & rixam  
& convitia denudabit. Ecclesiasticus.*

## PARAPHRASIS.

*Sunt & alij qui praecipiente cholera  
creta reticere nesciunt, qui minime  
interveniente rixa, propalant omnia  
qua de amico norunt, qui compatiuntur  
tiam & sinceritatem tuam crudeliter  
me proscindunt.*

## REFLEXIO.

**V**erum est, quod ebullientes  
jussimodi iracundiae motus  
centiam, & funestam causent molestiam  
sed recordare, quod dum alicui

amicitiam conjungis, non tantum ad  
ejusdem afflictiones, sed etiam commis-  
sos & committendos errores te obliges.  
Parum est sufferre aliquid pro amico, ni-  
si pariter animum habeas ipsiusmet in-  
jurias & afflictiones supportandi.

Nullus amicorum est, qui non ha-  
beat suas imperfectiones ac errores, &  
non est imperfectio aut error tui amici,  
quem non excusare teneris, sed nec ulla  
ejusdem imperfectio, quam non praviè  
cognitam habere debuisses, priusquam  
cum illo amicitiam contraxisses.

Elige benè & nunquam concipe  
amorem alicujus hominis, cujus errores  
& debilitates sunt intervalla odii, & qui  
durante passione est verus inimicus.

### REGULA NONA.

*Amicus si permanserit fixus, erit ti-  
bi quasi coequalis, & in domesti-  
cis tuis fiducialiter aget. Ibidem.*

### PARAPHRASIS.

*Si invenis amicum constantem, conserva  
eum sicut te ipsum, fac ut cum eadem  
libertate tuam quam suam propriam*

K 4

domum